



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

26. Dies Octob. Esto tu Dei, & Deus erit tui. S. Cyprianus sermon. de
Ascens.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Octob
erit, c
um labo
odò qu
nitia
imis ang
s mille
damno
deneg
mutar
animalium
ue. Al
cer Nam
gentia de
it solici
alutis p
anda pro

Bombyc
Vonne
lum, fi
am pren
ria id pol
tam pul
iam tota
holole
umeru
innanc
riantur
us capru
e & illu
ters, nul
difficul

Octob.

Tessera.

851

ubi Magnates, & Proceres, non se conentur conspi-
cuos reddere, Bombycum exuvii? Quid, quod ipsæ
Deo consecratæ aræ, & qui ad aras faciunt, splen-
deant illarum filis, seseque faciant conspicuos? in re-
terum natura, mirabilissimum est omnium mirabi-
lium, natura animalium. Quis hic non submitat cri-
stas, dum videt se animalculis cedere, arte, qui illa
præcedit mente? Itaque Bombycis staminæ, Formi-
cae stabula, Apis ædificia, quæ excedunt omnium ho-
minum artifacia, sint tibi ad artes disseendas stimuli,
& calcaria.

Res valet, ars præstat; si resperit, ars mihi restat.

26. DIES OCTOB.

Esto tu Dei, & Deus erit tui. *S. Cyprianus sermon. de*

Ascens.

Amoris
iædoles.

Solo amore Dei, totus sis Dei, &
Deus tui. Quisquis amat, sibi mo-
ritur, & vivit alii, aut alibi. Fate-
tur hoc quidam amator. *Ubi sum,*
ibi non sum : ubi non sum, ibi est animus. Etenim
cum respondeant sibi amantes, ille in isto, & iste
in illo commutatis spiritibus vivunt. Alter alteri,
uterque utrique traditur, uterque ab utroque acci-
pitur. Servus, qui suus non est, nihil habet suum.
Ista est solertia, illa industria amoris: Sevitutem,
vulgi opinione infamem, & probrosam, reddit in-
genuam, & gloriosam, imò facit locupletem, &
dominantem; unde illa servire, & mori, quæ cen-
seatur horribilia, in amore sunt sancta, & illustria
nomina, sunt sine damno, imò cum lucro. Amans
faretur est servus, nec ullus magis est servus, sed

H h h 2

servus

servus est liber. Est item captivus, sed ingenuus captivus. Habis qui hoc fateatur Doctorem recte amantium, Magistrum gentium : (a) *Ego Paulus unicus Christi*. Cui glorioius erat esse vincitur Christi, quam Monarchiam mundi. Est ergo amans captivus, sed sua libertate, quid enim liberiūs Voluntate? Ex illa nascitur amor. Est & Dominus, licet alienus; & quamvis non sit sui juris, se possidet & secum possidet alium. Uterque se possidet, non in se, sed in altero. Dum amas te amantem, perderis in te, sed reperiris in alio, qui de te, non de se cogitat. Sic per te, & à te amissus, restitueris in altero te, qui te servet, dum te perdit. Adhuc restat miraculum. Postquam à te perditus redimeris ab amico amato à te, & amante tui, per hunc ipsum te possides. Tum si per hunc medium te possides, prius hunc possidebis, quam te: quare proximior illi, quam tibi eris; nec enim ad te recedis nisi per illum.

II. O novum captivitatis ritum, esse Dominum triumphatoris sui! ô inauditum mancipii genus, esse Regem heris sui! Unusquisque amantium, longinquier à se est, quam ab altero: vicinior alteri, quam sibi. Quid mirum, si in se non sit, sed in alio, mortuus sibi, redivivus alii. Amans itaque; dum se negligit, in se perit, & perditur: resurgit tamen, & inventur. Primum in amato, dum nihil nisi de illo cogitat. Secundò suscitatur & resurgit, dum nescit se ab amato amari, & in eo vivere. Advoca nunc integerimos arbitros, consule justissimos rerum taxatores, qui aestiment jacturam tui, cum te, & Deum perdis; si ames, & non Deum. Quanti Deus sit habendus,

etiam

(a) *Ephes. 3,1.*

etiam qui offendunt, docebunt. Quant te debeas habere, roga superbos, pessimos, licet sui arbitros, se non virtute, non animo æstimantes, sed vilissimâ sui parte. Ex his jaeturam tui, & Dei æstima. At si amas Deum, quam immensum inde tibi lucrum: quia te dando Deo accipis Deum, & te in Deo. Tibi morteris, reviviscis Deo, & tibi; te amittis, & inveneris in Deo, sic ergò si tu sis Dei, Deus erit tui: atque ita nunquam magis eris tuus, quam dum eris Dei, & non tuus. Prò felicitatem felicissimam! tuam vitam fragilem, & miseram, commutare pro Divina, & recuperare tuam. O pretiosam mortem amoris, & justorum, qua emitur Divina vita, & reparatur humana! ô ratam rescissi contractus legem! ô gratutam commutationem, quod te dederis, accipere Deum, & te!

III. Quid ergò miser, & amens amas alia præter Deum? Minus te est, quidquid amas in terra, aut sub terram natum, Amas aurum? Ferreus est ille amor: adeoque dicere potes ego vincitus auri, quia Aurum vixit tui: & sic cum tuo auro vivis ferreasæcula, quia unus dies, ob magnitudinem tædii, est unius sæculi facies. Dum ergò amas illas purpuras fœces Fortunæ; nunquam eris magis fortunatus; quia tradis te non reddituris, non compensatis. Egenus manes hoc amore: nam postquam te dederis, nunquam restitueris: & cum omnia tibi videberis possidere, pauperimus sine omnibus, & sine remanebis. Quis egentior, quam sui? solus, & alterius simul, & sui ipsius (ut dixi) esse potest, qui soli se illi dedit, qui ideo solus est omnium, quia solus est omnia. Egregie de egregio Dei amore, dum suis

Hhh :

omni-

854 Christiani Militis

Octo-

omnibus perfectus est numeris, dixit Isaac apud Cassianum. Tunc Dei perfecta dilectio, quā prius nos dilexit, in nostri quoque cordis transferit afflum. Ecce, cūm omnis amor, omne desiderium, omne studium, omnis conatus, omnis cogitatio nostra, omne quod volemus, quod loquimur, quod speramus, Deus erit. Hoc demum est esse Dei, & quod sequitur, sui. Quoniam posset cor nostrum eructare verba illa bona quae olim tota jam Dei, D. Scholastica, quoniam amantium Dei schola. Sie ipsa. Nescio quid mihi Deum fecerit, sed scio, quod nihil possum amare præter ipsum in hac miserā vitā. Nihil amare in terris præter Deum, est fabricari sibi in terra cœlum. Hoc tibi fideat.

Ut sis ipse tui, sit Deus ipse tuus.

27. DIES OCTOBRIS.

Stans in terra, in cœlo es, diligis Deum, S. Augustinus
in psalm. 85.

Amantis I.
Deum felicitas.

Tiam in terris, Amor est faber cœli. Miraris Amorem fabrum? Filius Dei, olim dictus (^a) fabri filius, Amoris Divini est Pater. In cœlo nulla est tristitia, sic nec in terris, amantis Dominum cœli, Habeo hujus rei fidejussorem D. Nicolaum Tolentinum, fierine potest, ut homo quis servit Deo propter Deum, possit esse Melancholicus in hoc mundo? Exulat omnis melancholia, ex Divini Amoris Monarchia. In cœlo torrens voluptatis: hoc torrente etiam hic potatur, qui qui est sitiens Charitatis. Testem cito hujus Veritatis D. Schol-

(a) Math. 13.55.